Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et vocat te. Illa ut audiuit surgit cito et venit ad
eum. Nondum enim venerat ihs in castellum:
sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei mar-
tha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo et con-
solabantur eam cum vidissent mariam quia cito
surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes. Quia va-
dit ad monumentum ut ploret ibi. ~~Maria ergo cū~~
Maria ergo cum venisset vbi erat ihs videns eum
cecidit ad pedes eius et dixit. Domine si fuisses hic
frater meus nō fuisset mortuus. Ihs ergo ut vidit
eam plorantem et iudeos qui venerant cum illa plo-
plorantes: infremuit spiritu et turbauit se ipm et dixit
Vbi posuistis eum? Dicit ei. Domine veni et vide.
lacrimatus est ihs. Dixerunt ergo iudei. Ecce quo-
do amabat eum. Quidam autem dixerunt ex ipis
non poterat hic q̄ aperuit oculos cęci nati facere ut et hic
non moreret? Ihs ergo rursum fremens in semet-
ipo: venit ad monumentum. Erat autem spelunca:
et lapis iacebat positus erat ei. Ait ihs. Tollite lapi-
dem. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fu-
erat. Domine iam fetet quadriduanus enim est.
Dicit ei ihs. Nonne dixi tibi quia si credideris: vide-
bis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Ihs au-
tem elevatis sursum oculis dixit. Pater gracias ago tibi
quia audisti me. Ego autem sciebam: quia semper me
audis: sed propter populum qui circumstat dixi. ut credant
quia tu me misisti. Et cum dixisset: voce magna
clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodiit q̄
fuerat mortuus ligatis pedes et manus in fasciis